

Edition

Rex virtutum, dominus magnus et terribili<s>^{a 1} ... ipse quoque coram oculis nostris mira et valde miranda, quę licet propter frequentiam non mirem<ur>, ...^b desistit. Nam in cuius conspectu preciosa est mors sanctorum eius, eosdem sanctos suos in extinctis corporib<us> terrę admixtis gloriosa miraculorum ostensione declarare comprobatur. Sic^c reliquias beati Petri apostoli, cuius corporis umbram, dum viveret, infirmis fecerat medicinam², miraculosa et insigni virtute in ecclesia Fritslariensi³ decoravit. Quas reliquias iamdictam ecclesiam sic constat habuisse. Cunradus⁴ sacerdos humilis, prefatę ecclesie custos, a domino papa Innocentio⁵ dispensationis officium super cruce signatos per Maguntinam dyocesim cum adiunctis sibi collegis suscipiens ad redimendum vel ad commutandum aut differendum vota signatorum ad ecclesiam Northunensem⁶ de negotio cruc<is> ordinaturus accessit, ibique dominum abbatem in Reinhusen Heinricum⁷ cruce signatum, qui dictas reliqui<as> Petri apostoli a domino Heinricho⁸ duce de Bruneswig casu habuerat, supplici prece cum omnium presentium prelatorum et clericorum interventu pro eisdem reliquiis devotissime sollicitans domino favente impetravit easdem. Quas feria secunda ante cathedram Petri⁹ proxima quarta feria futuram ad sanctę Marię ecclesiam, quę Monasterium¹⁰ dicitur, apportans fratri Alberto ibidem incluso commendavit observandas. Qui venerationis nonnisi lumen de sepo habens ipsum coram reliquiis accensum deposuit. Quod mus casu prosiliens corrodere festinavit. Inclusus vero dicendo completorium baculo abegit murem. Imminente autem crepusculo, cum inclusus ad stratum suum properans murem repellere non valeret, in hec verba

a) *Schriftraum von etwa 9 cm durch Abrieb und Mäusefraß stark beschädigt*

b) *danach Schriftraum von etwa 2 cm durch Abrieb beschädigt; vielleicht facere non*

c) *danach wiederholt sic*

1) *Vgl. Ps. 67.13; 95.4.*

2) *Vgl. Act. 5.15.*

3) *Kanonikerstift St. Peter in Fritzlar.*

4) *Konrad, Kustos des Petersstifts in Fritzlar 1196/1207–1230.*

5) *Innocenz III. 1198–1216.*

6) *Kanonikerstift St. Peter in Nörten (nördl. Göttingen).*

7) *Abt Heinrich von Reinhausen (südöstl. Göttingen), bezeugt 1191–1220.*

8) *Heinrich d. Ä. von Braunschweig (um 1173/74–1227), seit 1195 Pfalzgraf bei Rhein.*

9) *Februar 22.*

10) *Benediktinerkloster Marienmünster (nordwestl. Höxter).*